1621

9\. Georgius Guilielmus Dei gratia Marchio Brandeburg. Sacri Romani Imperij Archi Camerarius et Elector in Prussia, Juliae, Cliviae, Montium Stetini Pomeraniae, Cassuborum, Vandalorum, nec non Crosnae Carnoviaeq; in Silesia Dux, Burggravius Norinberg., Princeps Rugiae, Comes Marcae, et Ravenspergi, Dominus in Ravenstein etc. Illmis Reverendmo Magcis et Gnosis Dnis Legatis Regijs benevolentiam nostram et gratiam.

Quae Sac. Riae Mtis Dni nri Clementmi nomine Illustris Reverendmus Magci ac Gnosi Dni Legati Regij praetenta 5 Martij die proposuerint, non solum ea, qua par est observantia percepimus, et in deliberationem duximus, sed etiam constitueramus ea singula cum Ordinibus huius Ducatus iusto tempore communicare, eorum vota et consilia experire, omnesq; et singulos nostros actus eo dirigere, ut nil praeter quod fidum et constantem Principem Vasallum decet, peragerenus, potissimum cum sperassemus causam nostram tam aequam et legitimam, nulli procrastinationi subijci, sed renovationem Investiturae propediem effectum expectatum sortiri debere. Postquam vero Illmi Rndmus et Magci Dni Legati Regij huiusq; parvam vel potius nullam nobis dictae renovationis Investiturae spem facerent, Interea temporis vero plurimi actus Commissoriales nostris Regalibus Iurisdictioni pactis, et privilegijs contrariari videntur, nemini idcirco mirum videri debet si eo ipso non parum nos laesos existimemus. Proinde sperabamus Sac: Riam Mtem ob dictas causas clementer et paterne nos excusatos habituram, prius quam iacto legittime fundamento, vigore pactorum de novo investiamur. Probe quidem recordamur, quod in nuperioris Legationis nrae privata apud Sac: Riam Mtem audientia ultro nos obtulerimus si denuo id Sac. Ria Mtas postularet, etsi quam primum Renovatio Investiturae subsequeretur, subsidio certo contra expeditionem Turcicam Sac. Riae Mti fideliter succurrere. Neq; etiam profecto aliud persuadere nobis potuimus quam saepe memoratam Investiturae Renovationem, post habitis quibuscunq; remoris, tandem subsecuturam. Ideoq; non sine ingentibus sumptibus copiosam manum militum tam Equestrium quam pedestrium tormenta pariter aenea munitionesq; alias bellicas collegimus, eaq; singula publico S. R. Mtis et Reipub. Poloniae bono,

Från oplacerade handl.
Extranea 1939

in alijs haereditarijs nris provintijs hucusq sustentamus, et conservamus, ut semper
parati praesto esse, atq ceu in excubijs constituti ad postulata Sac. Riae Mtis eidem
sua servitia & officia exhibere possint. At vero cum animadvertamus, nos non
solum inanem hactenus spem fouisse, atq nullâ praecedente nostrâ culpâ in
causa tam aequa et iuribus pactorum consonâ ultra legittimum tempus detine-
ri, sed etiam multis innovationibus nos aggravari, inviti cogimur quoq propositum
nostrum subsidiale ad tempus differre, Atq si (quod Deus avertat.) Riae Mti &
Reipub. ex hac morâ quid incommodi obveniretur excusatos nos tam apud Sac. Rm
Mtem quam inclytam Rempub. fore speramus, omnisq culpa in eos duntaxat, re-
dundabit, quorum suasu et consilio Investiturae nrae Renovatio praepeditur
et differtur, insuper etiam tot novationibus Regalibus nris, pactis et privilegijs
contravenientibus, praegravatur. De caetero Sac: Riae Mtis patrocinio et gratiae
pro ut fidum et obsequentem Vasallum et filium decet. Nos humillime recom-
mendamus Illri Rndmo et Magcis quoq Dominis Legatis Regijs denuo nostram
gratiam et benignitatem syncere offerimus. Datum Regiomonti die 25 Martij
Ao 1631.

Respōsa Electoris datae 25 Mar
[illegible]